



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtute Religionis, Et Ei Annexis; Continens quatuor Tractatus  
Theologiæ Moralis præcipuos. Primus, in ordine decimusquartus, de  
Iuramento, & Adiuratione. Secundus, de Voto. Tertius, & chariori Authori,  
de statu Religioso. Quartus, de vitiis oppositis Religioni

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

Quæ materia requisita sit in iuramento promissio, vt obligationem inducat.  
Punct. 6.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76572](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76572)

dīcta disp. 352. conclus. 4. Loffius lib. 2. cap. 17. dub. 5. num. 28.  
Et colligitur ex cap. dilecti 3. de cōmissione & venditione, &  
ibi Gloss. His ponens.

26. Facilē percipere potes: quia ratione Iuramentum appositiū contractibus dolo vel errore celebratis, obligationem inducat? Cum enim huiusmodi Iuramentum vt dictum est appositiū sic contractibus ad augendam illorum obligationem, pro natura contractus obligationem habet. Quapropter si contratus nullus est, & Iuramentum nullum est. Si vero contractus validus est, veniatque reficendus; eodem modo rescindi potest non obstante Iuramento. Quia Iuramentū continet omnes restrictiones, & conditiones, quas contactus habet. Sic pluribus firmat Couart. de pacis 1. p. cap. 37. num. 2. Loffius lib. 2. cap. 42. dub. 7. per totum.

## P V N C T V M VI.

Quæ materia requisita sit in Iuramento promissorio, vt obligationem inducat.

## S V M M A R I V M.

- 1 Dicitur esse materia possibilis.
- 2 Quid sentiendum sit de promissione facti alieni.
- 3 Dicitur esse materia licita, & honesta.
- 4 Diversimodo loquendum est de materia Iuramenti in gratiam Dei, vel hominum facti.
- 5 Explicatur Textus difficultis in cap. commissum de sponsalibus.
- 6 Iuramentum de re illicita non indiget relaxationem.

Explicimus quæ requirantur ex parte iurantis, vt Iuramentum obliget. Videndum quid ex parte obiecti seu materiae promissie.

1. Primo certum est secundum omnes debere esse Iuramentum de rebus tibi possibilibus. Nam iurare quæ tibi impossibilia sunt temerarium est: cum non possis facere verum, quod iuras.

2. Hinc videtur colligi, peccatum esse, promittere sub Iuramento factum alienum. Quia quod ab alterius voluntate pender, in tua potestate situm non est. Non enim potes voluntatem alterius cogere & necessitare. Et quidem si vi verba sonant, Iuramentum accipiendo est, clarum est, graue esse peccatum, factum alienum iurare. Quia est Iuramentum de te tibi impossibili. Sed cum alienum factum sub Iuramento promittis, v. g. Petrum fore solutum, vel matrimonio contractum, non eo sensu Iuramentum accipis, vt de facto Petrus soluat, vel contrahat, sed vt soluat, vel contrahat quantum in te est; ac proinde non tam factum alienum, quam proprieum promittis. Eaque de causa validum, & licitum est Iuramentum. Et ratio eis potest; quia Iuramentum inest ea virtus, vt si non valer actus eo modo, quo sonat, valeat eo modo, quo valere poterat. Ut multis allegaris probat Gutierrez, 2. part. de Iuram. confirm. cap. 2. à num. 3. & sequentibus. Couart. de paci. 2. part. § 6. num. 1. vers. 13. Ergo Iuramento factum de solutione Petri, quia illo obligari non potes, vt Petrus cum effectus soluat, & obligari tamen ad procurandum. Quod decidi videat in cap. ex rescripto, de iurecurando. Vbi quidam Monachi & seculares iurantur, Abbatem tremens Ecclesiæ, cōventionem factam de solienda pecunia, adimplerunt, quibus interdictum ingressus Ecclesia, si non fecerint Iuramentum adimplere; sicut iurantur. Infurit ergo iurare sedatores operam, vt cōuenient obserueretur. Et ita docet ibi Gloss. verbo inhibeat, & Abbas ibi. Et in cap. ex literis, & secundo, num. 6. de sponsalibus. Couart. de paci. 2. p. § 5. num. 2. Gutierrez. de Iuram. 1. p. cap. 44. num. 3. Anton. Gomez. 2. variar. exp. 10. n. 3. Sanch. lib. 3. in Decal. cap. 9. num. 7. & lib. 1. de sponsalibus. disp. 24. num. 7. & Sanc. lib. 1. de Iuram. cap. 10. num. 4.

Et licet iure communī, & antiquo regni Castellæ promissio abfacta de facto alieno non obliget, s. si quis alium, & s. si quis alteri insit, de instillibus stipulationibus, leg. 1. tit. 5. par. 5. Sed necessariō debet promissio, expresse promittere se curatorum aut facturum, vt alias excusat tale factum aliquibus tamen causis exceptis; quod adducit supradicta lex parva, & Gloss. in d. s. si quis alium, & Conat. de paci. 2. p. § 5. num. 1. Molin. tom. 2. de iustit. disp. 2. 68. §. quadam secundum. Sanch. lib. 1. de sponsalibus, disp. 24. à num. 3. Tamē si Iuramento firmetur promissio de facto alieno, omnes conueniunt, etiam iure communī prominentem obligati; vt quantum in se est, procuret de facto adimpleri. Teoeni supradicti Doctores. Quia in illo sensu intelligitur, Iuramentum promissio sumi. Neque satisfacere si simulare (hoc est, pro complimento) suraret adimpleri. Quia non simulata diligēt, sed veram sub Iuramento promisit. Couart. de paci. 1. p.

Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars. II.

§. 5. num. 3. Sanch. lib. 1. de matrimon. disp. 24. num. 11. & 12. & lib. 3. in Decal. cap. 9. num. 7. fine. Molin. dīcta disp. 268. §. quod si in fine.

Dixi te esse obligatum, si factum alienum sub Iuramento promittas & promissio acceptata est. Sapere enim factum alienum iuras non sub promissione, sed sub enunciacione, cuius Iuramentū sensus aliud non est, nisi te credere, & persuadere esse factum illud exequendum fore; sicut cum iudas pluviant esse futuram, & agri recuperaturum esse salutem. In quibus Iuramentis solam iuras, te id credere; non tamen intendis obligari ad aliquam diligentiam praestandam. At quoties materia capax est diligentia propriæ; & non constat, te sub enunciacione iurare, reputandus es sub promissione iurasse & ad faciendum diligenter te voluisse obligari. Sanch. lib. 3. in Decalog. cap. 9. num. 7.

3. Secundō materia Iuramenti promissorij debet esse licita & honesta. Nam Iuramentum esse non potest vinculum iniuritatis; vt expresse habetur cap. quanto de iurecurando, & tradidit omnes. Quod si in aliquibus textibus dicatur, Iuramentum seruum esse, modo non vergat in dispensum salutis æternæ; vt dictum cap. cum contingat, de iurecurando, non inde inferte potes, Iuramentum de peccato veniale ferendum esse. Nam etsi peccatum veniale immediate non vergat in dispensum salutis æternæ; quia non priuari gracia, nec peccatis æternis committentem addicet. At quia ad id disponit; mediately vergi in dispensum salutis æternæ. Et præterea 3 quia nisi purgetur; impedimento est ne in vitam æternam ingrediatur. Eaque de causa Iuramentum de illa faciendo nunquam obligate potest. Imo neque Iuramentum de re indifferente aliquam obligacionem habere potest. Quia est vanum, & inutile, & consequenter Deo placere non potest. Sic Suan. lib. 2. cap. 16. per rotum. Vasquez opus. de refutante, cap. 3. dub. 3. num. 38. Basilius Legionensis, lib. 12. de matrimonio, cap. 8. num. 28. Adiutorio tamē aliquando rem de se indifferente tamē non esse, sed honestissimam. Quia ad bonum fieri conseqüendum conductit, & in ordine ad illum sub Iuramento promittit. Haec de causa Iuramentum non transeundi per hanc viam, quæ tibi occasio est peccandi, est Iuramentum de te honestissima; tamē alias transitus, vel non transitus quid indifferens sit Bonacini. tom. 2. disp. 4. quæst. 1. punct. 4. num. 2.

4. Sed quia Iuramentum in gratiam Dei, vel hominum fieri potest; diuersa est virtutum materia. Si enim Iuramentum factum sit in gratiam Dei, coincidit cum voto; ac proinde debet esse non solum de materia licita, & honesta; sed etiam non impeditiva maioris boni. Quia alter in gratiam Dei esse non potest. Sic Soro lib. 7. de iustit. quæst. 1. art. 3. circa secundam conclusionem. & lib. 8. quæst. 1. art. 7. ad 2. Nauat. summ. cap. 12. num. 16. Suan. lib. 2. de Iuram. cap. 12. num. 11. Sanch. alii relatio, lib. 3. summ. cap. 9. à num. 11. Loffius lib. 2. cap. 42. dub. 4. num. 20. Bonacini. tom. 2. disp. 4. quæst. 1. punct. 4. num. 1. & 2. Si vero Iuramentum in utilitatem hominis fiat, consentaneum est, vt obligationem inducat, honestate materia promissie; esto minus bonum impediatur. Quia in promissione semper spectatur quid gratius sit ei, cui sit promissio. Cum autem homini sapere gratius sit, quod minus bonum est; ea de causa Iuramentum de minori bono in eius gratiam factum obligat. Secus vero si in gratiam Dei esset. Quia Deo gratius esse non potest, quod minus bonum est.

Ab hac doctrina excipiunt liberalis matrimonium contrahendi, quam non tenetis seruare si religionem ingredi volueris. Quia ob perfectionem status religiosi hæc promissio liberalis hanc a iure imbibit conditionem, nisi meliorem statum elegerit. Ut decidatur expresse cap. ex publico de conuersatione aiorum, & tradunt ibi Doctores.

5. Solum obstat textus difficultis in cap. commissum de sponsalibus. Vbi de eo qui iurant feminam ducente, volebarique religionem intrare; dicit Pontifex; curias est (religione Iuramenti seruata) prius contrahere, & postea si elegent ad religionem migrare; si tamen post desponsationem copula non dignoscitur interuenire carnalis. Sunt ergo Pontifex melius esse Iuramentum seruare, quam religionem ingredi. Ergo illud Iuramentum non habebat illam tacitam conditionem.

Glossa, Abbas & alij in supradicto cap. Henric. lib. 11. de matrimon. cap. 13. num. 15. Affirmant; Pontificem loquuntur fuisse secundum opinionem vulgi; secundum quam tuius est; proper Iuramentum contrahere non verè, sed simulacrum; vt hoc simulacrum conjugio fiat Iuramento latissimum; & postea religionem intrare. Sed hæc interpretatio sufficiere non potest. Quia Pontifex non est ibi interrogatus de vulgi opinione; sed de rei veritate; in qua deciderat & definienda, vulgi opinionem sequi non debet; præberet enim occasionem errandi, vt bene aduerterit. Sanch. lib. 1. de sponsalibus, disp. 4. num. 5. & Suan. lib. 2. de Iuramento, cap. 13. num. 5. Basilius Legionensis lib. 12. de sponsalibus, cap. 10. num. 9. Secundō responderet Ira-

C 2 nocentius

nocentius ibidem quem sequitur Canisius in dicto cap. Couarr.  
4. Decret. 1. p. 5. num. 11. Sanchez d. disp. 34. num. 5.  
Basilus Legionensis lib. 12. cap. 10. num. 12. Pontificem  
respondebat, tuus es cum, qui firmo proposito religione  
amplecti non vult, sed eam in voluntate quam tepla habet; &  
ex alia parte instar tempus pro quo factum est Iuramentum,  
debet Iuramentum adimplere. Ne elapo termino, & religio-  
nem non proficit, peritius exigit: postea vero si silegerit,  
poterit ad religionem migrare, cum trimestre ead deliberan-  
dum concedatur. Sed non placet hæc interpretatio. Quia  
supponit plura, quæ ex textu nullatenus colliguntur. Suppo-  
nit instar tempus, intra quod fides data de matrimonio con-  
traheando vigebat; & deinde supponit iurantem non habuisse  
liberatam voluntatem ingredienti religionem cuius contra-  
rium videtur colligi ex textu. Siquidem dicit priuata lege  
duetur, ad frugem melioris vite transire suspicari. Vnde &  
inveniatur voluisse: quia votum est priuata lex. Et indicatur  
efficaciter desiderasse. Siquidem pro religione amplectenda  
suspiciatur. Et præterea etiam si concedamus hæc omnia, vi-  
deamus instar tempus, in quo fides data de matrimonio con-  
traheando vigebat; & promittere nolle stari ingredi; sed  
dubium esse & incipere deliberate; adhuc non debebat Ponti-  
fex respondere, tuus es. Quia hæc verba indicant consilium;  
sed debebat dicere tutum esse, necessarium & obligato-  
rium, ne peritius exigeret violando Iuramentum non in-  
grediemur religionem. Quapropter interpretatio, quam Suarez  
lib. 2. de Iuramento, cap. 13. & num. 8. adducit, mihi proba-  
bilius apparet, & neque Pontificem supponere in illo textu, iu-  
rante contrahere matrimonium cum aliqua, non teneri  
illam dicere. Siquidem solum dicit tuus es. Maximè cum  
hoc Iuramentum fortior naturam actus, cui adiungitur.  
Quippe in illius confirmationem fit. Cum ergo actus, cui  
adiungitur, excipiat religionis ingressum. Iuxta cap. 5. &  
ut. de sponsalibus; efficiunt latus, & Iuramentum eam excep-  
tionem habere. Hoc posito: inquit Pontifex, tuus es, sic  
iurantem contrahere animo non confirmandi, sed ad reli-  
gionem migrandi admittit sponsa de tali animo & voluntate.  
Forte enim sponsa habebat causam, ob quam ei gratus sit hic  
momentaneus contractus; & ex alia parte non impeditur à re-  
ligionis ingressu, cum possit statim ad illam migrare. Deinde  
si facit sponsa: cum certior facta sit de intentione contrahen-  
tis; ac denique non potest neque apparenter violator Iuramenti  
judicari. Si vero Iuramentum fuerit factum non solum de  
contraheendo, sed etiam de consummando matrimonio; non  
diceret Pontifex tuus es contrahere & consummato; sed  
potius tuus es, religionem ingredi.

6. Petes an Iuramentum quod sit de re illicita relaxatione  
indigat? Rationem dubitandi fecit Text. in c. venerabilem,  
34. de electione, §. idem oiam. Vbi de quadam, qui regnum  
sibi usurpauit contra Iuramentum factum, dicitur ad plenam  
illius excusationem non valere allegationem de Iuramento  
illicito. Quia debet prius sedem Apostolicam consulere.  
Senti ergo Pontifex, Iuramentum de re illicita relaxandum  
esse. Deinde caufax dubium Textus in cap. cum quidem 12.  
de iure iurand. §. illi vero. Vbi dicitur, eos qui iurant non  
loqui patri, vel mari, neque eis subuenient absoluendos esse ab  
illis obsequiis Iuramenti, cum illicitem sit, ergo illicitem  
Iuramentum relaxatione indigeret.

Cæcum omnino tenendum est, nullius relaxationis opus  
esse. Quia relaxatio est ad tollendum vinculum. At Iuramen-  
tum de re iniqua non vincit; quia non est vinculum iniquitatis.  
Non igitur indigere potest relaxatione. Et tradit alii relatis  
Sanch. lib. 1. de sponsalibus, disp. 32. num. 2. & ad Textum in  
cap. venerabilem respondeamus, in illo capu non fusile certum  
Iuramentum de re illicita fusile, sed fusile dubium, eaque de  
causa consulenda erat sedes Apostolica, vt prius dubium  
decideret. Sie Glos. ibi. Suarez lib. 2. de Iuramento, cap. 18.  
num. 12. Sanch. lib. 3. in Decalog. cap. 9. num. 13. Ad textum  
veio in cap. cum quidam. Innocentius, Cardinalis, & Felinus  
relati a Couarr. de pac. 2. part. initio, num. 4. cenfer absolu-  
tionem ibi fusile necessarium. Quia aliquando abesse peccato  
fieri potest, vt quis nec parentes alloquatur, nec illis  
subueniatur; & ob huius casum relaxatione indigere. Verum  
vt recte Couarr. supra hoc non probat Iuramentum obligare.  
Nam esto aliquando absque peccato fieri posse, parentes non  
alloqui, neque eis subuenire; cum id in eorum utilitatem  
non cedat; sed potius in damnum. At quia semper melius est  
eos alloqui etiam nulla obligatione urgente; ideo Iuramen-  
tum, quod in utilitatem hominum non credit, obligare non  
potest. Quia est maioris boni impeditorum; præcipue quia  
ibi supponit Pontifex, Iuramentum esse de re illicita. Siquidem  
dicit illicitem esse, & contrarium rationi. Quare ipse Couarr.  
duplex responderet, primò: cum Glosa, Hostiens, Immola & Panormitano, absolutionem requiri non de iure,  
sed ad cauelam. Secundò responderet: non esse absolucionem  
concedendam à Iuramento, sed a peccato in iurando commisso.  
Vitaque solutio non placet, non prima; quia absolutio ad

cautelam solum datur, cum dubium est, obligare Iuramen-  
tum. At in praesenti casu cum dieat Pontifex, Iuramentum  
esse illicitum, secundum omnium sententiam nullam iudicem  
obligationem: imo ( vt recte dicit Sanchez d. i. lib. 3. cap. 9.  
num. 13. ) dedecet maximè ius canonicum velle talis Iu-  
ramenti absolutionem expostulare etiam ad cauelam: cum ex  
obligare. Neque item secunda solutio placet; quia aliud est  
abfoliu ab obfuratione Iuramenti; aliud à peccato iurandi;  
præcipue cum in illo textu dicatur, pro peccato iurandi inun-  
gendam effi penitentiam; in quo factu distinguuntur abfoli-  
tio à Iuramenti obfurationi ab absolutione à peccato iurandi.  
Quapropter respondeo cum Sanchez. sup. num. 13. & Suarez  
lib. 2. cap. 15. num. 8. Verium abfoliendu in illo textu po-  
situm esse pro absolutione declarativa nullitatis Iuramenti  
non pro absolutione dissolutiva Iuramenti. Qui modis lo-  
quendi satis est vistatur in iure ut constat ex allegatis in Glos.  
in cap. audiendum 24. queſt. 1. Additio ultime Suarez dici  
posse, iurantes rem illicitam abfoluendos esse, si ipsi petentes  
non quia necessaria sit absolutio; sed ut corus scrupulo faci-  
faciat; sicut datur priuilegium petenti illud, etiam ubi non est  
necessarium. Consentit in his Basilus Legionensis lib. 1. de  
sponsalibus, cap. 8. num. 14. & 15.

## P V N C T V M VII.

Expenduntur aliqua Iuramenta, in quibus dubium  
est, qualis sit eorum materia.

V<sup>T</sup> pleniū intelligatur materia Iuramenti promissori,  
placuit frequenter causas examinare, in quibus aliquid  
dubium est; an repertiarum materia conueniens ad obligatio-  
nem inducendam?

## S. I.

De Iuramento non ludendi.

## S V M M A R I V M.

1. Aliqui censem, hoc Iuramentum absoluere sumptum obligatorum non esse.
2. Quoad abstinentiam à ludo immoderato obligatorium est.
3. Porro obligare quoad abstinentiam à ludo moderato.
4. Ex fine iurantis colligendum, quando promittatur abstinentia  
à ludo moderato.
5. Sub Iuramento non ludendi non comprehenditur ludus per  
interpositam personam.
6. Ex fine iurantis colligendum est quando sit peccatum mortale, vel ventale ludere.
7. Quid dicendum de Iuramento non ludendi cum hac persona,  
in hac domo, vel hoc luvi genere.

Dupliciter Iuramentum non ludendi præstare potes; vel  
absoluere, vel sub aliqua determinatione. Si absolute Iu-  
ramentum præstas. Aliqui Doctores censem, non obligare.  
Quia non est de materia licita; lodus enim moderatus, non  
in tempore, tum in quantitate ob Iuramentum natura assumptus  
actus est virtus Eupratelæ. Iuxta D. Thom. 2. 2. queſt. 163.  
art. 2. in corpor. Sed illud Iuramentum sic absoluere lumperum,  
hunc ludum excludit. Ego excludit actum virtutis. Ego non  
est obligatorium. Sie Nauar. cap. 12. num. 11. Mangel. Rodig.  
1. tom. summ. cap. 189. num. 10.

2. In hac et primo certum est, hoc Iuramentum esse obligatorium salem quoad abstinentiam à ludo immoderato.  
Quia secundum hanc partem est de licita & honesta. Neque  
Nauar, nec Manuel contradicunt; sed potius affirmant, Iu-  
ramentum de non ludendo in hoc sensu esse accipendum;  
nempe de non ludendo ludo immoderato, & periculoso. Quia  
debet fieri interpretatio ut minorem, quod fieri possit, obligatio-  
nem inducar. Iuxta leg. quidquid adstringenda, if. de ca-  
borum obligacionibus, & alii tradit Bonac. com. 1. disp. 4. q. 1.  
de Iuramento, p. 16. num. 4.

3. Deinde credo obligatorium esse posse; esto comprehen-  
dat iudicium moderatum. Nam licet moderatus lodus actus  
virtutis sit. At perfectior actus virtutis esse potest, ob peni-  
tentiam & carnis mortificationem haec recitatione catere. Sunt  
enim aliqui actus virtutis à quibus abstineri. Perfectior actus  
virtutis est vt est matrimonium, conuersio ciborum salutis vi-  
tium, cum amicis pollici confutare. Inter hos ergo lodus  
honestus enumerandus est à quo abstineri ob bonum finem  
perfectius est. Obligate ergo potest hoc Iuramentum. Sic do-  
cer Sanchez. lib. 1. de sponsalibus, disp. 4. num. 4. & 5. & lib. 3.  
sum. cap. 18. num. 2. & 3. & Bonac. sup.

¶ Peres quando censebis, in Iuramento absolutum sumpro  
bona

DE  
CAST  
PALE  
TON  
I